

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6520

Autre(s) référence(s) : Bates 175 / ARTEM 5004 / Round 919

Auteur(s) : Richard Turstin Haldup [particulier]

Bénéficiaire(s) : Lessay, Sainte-Trinité (abbaye)

Genre d'acte : notice

Authenticité : non suspect

Datation : 1080, 14 juillet

Lieu d'émission : Bonneville-sur-Touques

Action juridique : fondation

Langue du texte : latin

Analyse

Notice relatant la fondation de l'abbaye de Lessay par Richard nommé Turstin Haldup et sa femme Anne et souscrite par Guillaume [Ier], roi d'Angleterre.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Renault Jean-Michel, *Abbaye de Lessay, Annuaire du département de la Manche*, 1860, p. 50-53.
- b. Piolin Paul, Sainte-marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa, t. XI*, Paris, Palmé, 1874, Instrumenta, col. 224-227.
- c. Bates David, *Regesta Regum Anglo-Normannorum, the Acta of William I (1066-1087)*, Oxford, Clarendon Press, 1998, n° 175, p. 577-584.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 919. Davis Henry William Carles, *Regesta Regum Anglo-Normannorum, 1066-1154*, vol.1, Regesta Willelmi Conquestoris et Willelmi Rufi, 1066-1100, Oxford, Clarendon Press, 1913, n° 125, n° 198.

Texte établi d'après c

QUONIAM QUE VIDENTUR TEMPORALIA SUNT QUE AUTEM NON VIDENTUR ETERNA ut de visibilibus ad invisibilia, de temporalibus ad æterna bona provenirent, RICARDUS qui vocatur TURSTINUS HALDUP cum ANNA [uxore] sua, EUODOQUE filius eorum in honore summæ et individuae TRINITATIS et SANCTE MARIAE virginis, aeccliam fieri constituerunt, GAUSFRIDI consilio Constantiensis EPISCOPI, WILLELMIQUE Normannorum principis permissione, in Constantinensi pago, in villa quæ dicitur Sanctæ OPERTUNE, in qua regulariter Deo servirint MONACHI quæ alteri non subiceretur abbatie. Deditque illi aecclie ad victum de rebus suis, filiusque EUODO aliquantulum auxit post mortem patris.

Quæ autem dederunt, hæc sunt. In villa quæ appellatur SANCTE OPORTUNE, in qua sita est eadem aecclia, et IN MAISNILIS quæ ad illam villam pertinebant, dederunt partem suam, in ecclesiis, in silvis, in terris fructuosis et infructuosis, IN AQUIS, IN MOLENDINIS, IN PISCATIONIBUS, IN SALINIS. Et in villa quæ vocatur FANULLIRIS dederunt partem quam ibi tenuit ADELAIS de BALTE, silvam de CATIS et terram laboriosam et

inlaboriosam, et molendinum cum aquis, et ea quæ ad supradictam silvam pertinebant, sicuti habebant. Et illam partem quam habebant in URMIVILLAM et in ANGARVILLAM et in aliis maisnilis quæ ad URMIVILLAM pertinebant, in ecclesiam, in silvis, in terris fructuosis et infructuosis, in pratis, in aquis, in piscationibus. Et partem quam habebant in æcclesiam SANCTI GEORGII quæ sita est in TUMMA VILLA, cum rectis decimationibus et cum aliis rebus quæ ad illam æcclesiam pertinebant de lucris et de aliis exitibus de illo manere. Et ad Longam Famam terram ad unam carrucam et rectas decimationes de lucris et de omnibus suis exitibus. Et æcclesiam de CUNEIS cum rectis decimationibus et aliis rebus quæ illi æcclesiæ pertinebant, et de omnibus exitibus de illo manere. Et terram ad unam carrucam et unum vavassorem cum hoc quod tenet in eadem villa, et in Bosavilla quæ est IN PLANO. Et in APAMVILLAM et in OSULFIVILLAM et aliis maisnilis quæ ad APAMVILLAM pertinebant, omnem partem quam ibi habebant in æcclesiam, et in silvis, et in terris lucrosis et inlucrosis, in pratis, in aquis, in piscationibus. Et duas dimidias piscarias in aqua Unua iuxta Hulmum. Et de æcclesia beati GEORGII illam partem quam habebant cum omnibus consuetudinibus sibi pertinentibus.

Et æcclesiam de sancta SUSANNA cum consuetudinibus sibi pertinentibus. Et de æcclesia beati Erblandi illam partem quam ibi habebant. Et de foresta illorum de BALTEIS omnes alias æcclesias et rectam decimationem intra parcum et extra illius foreste, de pasnagiis, et de veiculo et de venatione, et de omnibus lucris quæ ibi facta sunt aut facienda erunt, et de molendinis, et de piscariis, et de aliis omnibus exitibus, et intra parcum et extra rectam decimationem de omnibus nutrimentis quæ ibi nutriuntur, et de his quæ ab illis exierunt. Et extra parcum omnibus monachorum bestiis et pastum porcorum omnium et pasturam bestiarum famulorum custodientium pecora monachorum. Et si intra parcum mittentur porci ad pastum, habeant monachi in eodem parco centum porcos a festivitate beati M[ar]tini usque ad Quadragesimam quietos. Et si ibi non mittentur porci deforis ad pasnagium, tamen habeant quinquaginta quietos usque ad supradictum terminum. Et de omnibus ædificiis intra parcum vel extra quæ facta sunt aut facienda erunt rectas decimationes, et extra parcum materiem ad omnia ædificia æcclesie, et ad domos monachorum, et ad omnia sua necessaria, et ligna focorum in eadem foresta de Baltis. Atque custodibus pecorum monachorum extra parcum mortua ligna silvarum ad necessitatem ignium et materiem ad omnes domos illorum instaurandas atque restaurandas. Et de illa foresta dederunt æcclesie per illum locum per quem intrat carraria de Astella in boscum recte usque ad spinam de Monte castro, et de hac supradicta divisione ill[am] forestam quæ est deversus Gerivillam per tales divisiones per quales tenebant contra suos participes, in silvis, in terris fructuosis et infructuosis, in aquis sicuti tenebant. Et terram trium famulorum in Baltis, scilicet Ravenoti et Witmundi porcarii et Saraceni, quam tenuerunt ab eis, et rectas decimationes de sua parte de manere quæ appellatur Plessez, et de omnibus exitibus illius manere. Et æcclesiam de Crienciis cum rectis decimationibus et cum omnibus aliis rebus quæ ad illam pertinebant, et unum vavassorem cum sua terra. Et in eadem villa terram ad duas carrucas et tres salinas, et unam piscariam in mari, et terram duarum bercariarum quam pastores tenent propter servicium ovium, et sex suburbanos cum alodiis illis quæ ibi tenebant. Et hoc omne dederunt cum teloniis, et cum aliis omnibus consuetudinibus sicuti habebant. Et decimam telonii eiusdem ville, et ferie, et de omnibus exitibus illius ville, et decimam de Chivilliaco, et de parco quod sedet in eadem foresta, de pasnagio, de veiculo, de venatione, et de lucris quæ ibi sunt et facta erunt, et de omnibus aliis exitibus illius foreste et parci, rectam decimationem. Et decimam de nutrimentis, et de totis exitibus illorum nutrimentorum quæ in eadem silva et in parco erunt facta. Et si in parco mittentur porci deforis causa pastionis monachi habeant ad festivitate beati Martini usque ad Quadragesimam centum porcos sine pasnagio. Et si ibi non mittentur porci deforis causa pastionis tamen habeant monachi a festivitate eadem usque ad supradictum terminum L. quietos, et habeant consuetudinem omnia pecora monachorum famulorumque suorum extra parcum. Et decimam molendini de FOILLIATA, et de piscariis. Et æcclesiam sancti GEORGII de Roca cum rectis decimationibus et cum aliis rebus quæ illi æcclesiæ pertinebant, et terram ad unam carrucam ad Montem Catonem, et decimam molendini, et piscariarum, et de omnibus aliis exitibus illius manere. Et æcclesiam de Argenceio cum rectis decimationibus, et cum aliis rebus quæ illi æcclesie pertinebant, et rectas decimationes de omnibus exitibus manere illius, et terram ad duas carrucas. Et suam partem de æcclesia sancti Philippi DE VALSEIO, cum tali rectitudine qualis pertinebat illi æcclesie. Et alias res quas Hugo de VALS[E]IO tenuit ab illo in ead[em] vill[a]. Et de ecclesia sancte MARIÆ que est in villa que appellatur MERDIGNEII, suam partem cum tali rectitudine qualis pertinebat illi æcclesie. Et hoc quod tenuit Hugo de Valseio in eadem villa ab eo. Et suam partem quam habebat in æcclesia de Coisneriis, cum rectis decimationibus et, cum aliis rebus quæ pertinebant illi æcclesie. Et in eadem villa terram ad unam carrucam et rectas decimationes de omnibus suis exitibus de illo manere.

Hoc etiam annuerunt prefatus Turstinus et Eudo filius eius ut si quis suorum se viventibus aut post mortem suam aliquid de terra sua loco suprascripto dare voluerit, nullomodo impediatur. Eidem autem Eudoni petenti,

concessit supradictus episcopus ut si quid famuli loci in cimeterio ipsius æcclesiæ admiserint, monachorum sit quicquid emendationis fuerit. Annuit etiam idem episcopus quatinus ab officio divino locus non prohibeatur propter cuiusquam delictum, nisi solius abbatis, si tamen talis fuerit, ut subdi aut satisfacere rectitudini [no]luerit. Addidit etiam hoc idem episcopus quatinus ab omni senatu absoluta, et ab omni alia consuetudinaria re quieta in p[er]petuum haberetur. Necessaria quoque huic [ecclesie que] episcopali mori conveniunt absque precio adimplere promisit, sicuti sine pecunia recepit.

(Version I)

Signum + regis Will(elmi). + Signum Regine. Signum + Balduini Essecestre vicecomitis. Signum Lanfranci Cantuariensis archiepiscopi +. Signum Rodb(er)ti de Be + Ilomente. Signum Rotb(erti) comi + tis, filii regis Willelmi. Signum Gausfridi episcopi Constanti + ensis. Signum Normanni archi + diaconi. Signum + R. + Signum Michaelis episcopi Abrin + censis. Signum Petri + archidiaconi. Signum Ricardi episcopi Baioc + ensis. Signum Johannis filii + eiusdem episcopi. Signum Walt + erii canonici. + Signum Sansonis de Baiocis. Sig + num Hugonis de Grentemaisnillo. Signum Ans + elmi abbatis Becensis. Signum Hun + fridi de Bohon. Signum W(illelmi) de + Plaiseis. Signum Rob(erti filii) Haimo + (nis). ... + ... + Signum Thomæ Eburacensis archiepiscopi. + Signum Osmundi Seriberiensis episcopi. + Signum Walchelini Wintoniensis episcopi. Signum + uxoris Heudonis Murielis. Signum + Heudonis. Signum Ricardi + Bloet. Signum + Raginaldi de Aurewallo. Signum Odonis + Baiocensis episcopi. Signum Rotb(er)ti comitis Mauritaniensis +. Signum Mathil + dis uxoris eius +. Signum totius + Constantiensis ecclesie conventus. Signum Rannulfi vicecomi + tis Baiocarum. Signum + Willelmi de Albineio. Signum Ran + nulfi vicecomitis Baiocarum. Signum Ri + cardi filii Theoderici. Signum de Gorgis Radulfi +. Signum + Henrici filii regis Wil(lelmi). Signum Hugo + nis abbatis de Cer(aseio). Signum Rober + ti de Haia. Signum Wili + elmi filii regis Willelmi. Signum Willelmi de Hulmet +. + Signum Nigelli Forsart. Signum Roge + ri Pitavini. Signum Ro + berti de B Signum Willelmi de Lestra +. Signum Gaufridi filii Rialonis +. Signum Gaus + fridi de Ferevilla. Signum Roberti de + Monasteriis. Signum Walte + rii Broc militis Rannulfi vicecomitis. Signum + Nigelli filii Serlonis.

Version II

Testes. + signum W(illelmi) regis. + signum regine M(athildis). + signum Rob(erti) comitis filii regis. + sign(um) W(illelmi) filii regis. + sign(um) Willelmi Rothom (agensis) archiepiscopi. + signum Gaufridi episcopi Constant(iensis). + signum Gisleberti episcopi Ebrocearum. + signum Gilleberti episcopi Luxoviensis. + sign(um) Michaelis episcopi Abrincensis. + signum Odonis Baiocensis episcopi. + signum Lanfranci Cantuariensis archiepiscopi. + signum Thome archiepiscopi Eburac(ensis). + signum Osmundi Seribiensis episcopi. Signum + totius Constantiensis fratrum ecclesie conventus. + signum Nicolai abbatis sancti Audoeni Rothmag(ensis). + signum Gontardi Gemmeticensis abbatis. + signum Radulphi sancti Taurini abbatis. + signum Maineri abbatis sancti Ebrulphi. + signum Anselmi abbatis Beccensis. + signum Eudonis. + signum Reginaldi de Aureavalle. + signum Roberti de Monasteriis. + signum Rogerii de Bellomonte. + signum Hugonis de Gornay. + signum Roberti de Molbraio. + signum Rogerii comitis de Montgomeri, etc.

Quinto idus Julii apud Bonam-villam, anno ab incarnatione Domini millesimo octogesimo, anno autem imperii Willelmi Anglorum regis quatuor decimo, confirmavit ipse hanc chartam, cum uxore sua et filiis, archiepiscopus quoque Rothomag(ensis), Gaufridus Constantiensis presul, atque alii plures episcopi et abbates, nonnulli etiam sui regni proceres, quorum supra prefixa sunt notamina, illud attestarunt. Apud Cadomi Robertus filius regis, quarto die post firmationem patris, confirmavit, testibus Ricardo ... filio Balduini, Richardo filio Fedaldi, Rogerio Bigot, Ivone Taillabosc, Gisleberto de Portu, Rogerio de Breceio, Herveo capellano episcopi Lexoviensis, Willelmo ... sancti Petri Lisois, Turgillo capellano episcopi Constantiensis, Roberto capellano Eudonis eiusdem loci institutoris.